...ſſe neceſ
...itatez ſu
...iorib9.
...ende nõ
...dicēdū
...ſupiora
...cauſa
...licet
...nt ſigna
...erum.
...Jtē q̄s
...eps.
...oſuluiſſe.
...ota pro
...lo oſilio
...umri ſiue
...ciat ar
...m ſiue
...on. ſic p
...la voca
...one pu
...itur qui
...ocat de
...cum ad
...dicium

Quodam loco
dixi demones aliq̄n hoim diſpoſicões nõ
ſolū voce platas verū etiā cogitacõe cõ
ceptas. cū ſigna quedaz ex aīo exp̄mūt
in corpore tota facilitate p̄diſcē. Item dixi
occul...iſſima audacior̄ ...ſermone qua de
bui. Nā puemre iſta ad noticiā demonū
p nõnulla eē expimēta oprū ē. Sed vtrū
ſigna quedaz dent ex corpore cogitatū
illis ſenſibilia noſ aūt latētia an alia vi ſpi
rituali iſta cognoſcant. ā difficillie p̄t ab
hoībus ā omnino nõ p̄t inuemri.

Quod autez ſortilegi ⁊ diuini ſi
ceſſare noluerit excõmucādi
ſūt. rõne et auctoritate pbat.
Eſt enī quoddā genus cultu
re ydolo⁊ ex demonū oſultacõib9 futu
ra p̄dicere. Sicut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmo impendit ydolo⁊ cultor ab
apl̄o noīatur. ſic illi qui futura que ex dei
oraculo nõnunquam reuelata inuemūt
vel demonū oſultacõe uel q̄buſlibet p̄ſti
gijs inuemre laborāt. diuinitatiſ una cre
aturis attribuūt. futura enī p̄ſcire ſolius
dei ē. qui in ſui cõtēplacõne etiā angelos

...gios in ...
...fora ...tā ā maleficijs in
...ſtracões pagano⁊. faciāt
...incētiā agāt. Mulieribus q̄ ...
...ccat in ſuis laneficijs vani...
ſed deū inuocēt adiutorē ...
dexencia doc...aiur. Itē ex ...
ſi capl̄o. xxx. Sacris oficiis ... vel incātatores ...

Non oportz
ſacris officijs deditos ...
gicos vel incātatores exiſtē ...
lateria q̄ aīa⁊ ſua⁊ vīcula o...
aūt q̄ talib9 rebus vtūtur pro...
iuſſimus. Itē ex ocilio tole...
pitulo. xxx. Honore priue... gos vel auru...

Si quis
eps aut preſbr ā diaco...
libet de ordinibus clerico⁊ ar...
cātatores ā ariolos ā cīre aug...
tulegos vel q̄ p̄fitētur artē ma...
eo⁊ ſilia exercētes cõſuluiſſe
fuerit. ab honore dignitatis ...
mõſterij curā excipiat. ibiq; p...
tue deditus ſcelus admiſſuz ſa...
uat. Itē ex agathen cõcilio...

LX. B. c. 315.
45.

Sbd

~~[illegible]~~

~~XXVIII. 9. a~~

[illegible] 1640.

D. R. [illegible] 9. Octobr. in [illegible]. 1640.

In hoc Libro continentur

		fol.
1. 2.	Duæ orationes Dn. Sigism. Finckelthusy.	1. 5
3.	Schmucky Synopsis in Ius Canonicum.	13.
4.	Gothofredi Reuteri disput. ad. l. diffamari.	41.
5.	Disputat. Johannis Stucky de rescind. vendit.	63.
6.	Disp. Schmucky De Servitut. Urb. et Rust. Pred.	77.
7.	Disp: D. Johann. Böhmy. De Dominio	87.
8.	. . Johann. Böhmy De Litis denunciatione.	106.
9.	. . . Joh. Böhmy De Primarys retinendæ possessionis interdictis.	117.
10.	. . . Böhmy de Commodato	139.
11.	Disp. Tob. Schwendendorff. De Iurisdictione mandata	147.
12.	Disp. Sigismundi Finckelthusy De Iure Sepulturæ.	175.
13.	Decas quæstionum Iuridicarum	219.
14.	Johann Kannengiesser de Mutuo.	229.
15.	David Lindneri disputatio de Naturalibus, Substantialibus et Accidentalibus Contractuum.	279.
16.	Disp. Henningi Grossy de Defensione necessaria.	307.
17.	Disp. D. Conradi Carpzovy de Probationibus	333.
18.	Eiusd. Disp. de Cessione Iurium	365.
19.	D. Michaëlis Lederen disp. de Felonia.	373.
20.	Disp. Riemeri de Mora Debitoris.	381.
21.	Disp. Joh. Svery de Iure Aresti.	389.
22.	Henningi Grossy disput. de Iurisdictione.	411.
23.	De Iure Pignor. et Hypothecar.	423.

24. De Exceptionibus. . . . 435.
25. De Homicidio. . . . . . 463.
26. De Sententia Definitiva. . . . 481.
27. De Captivitate seu Occupatione bellica. . 497.
28. De Militari Testamento. . . . 529.
29. De Tertio Interveniente. . . . 541.
30. De Mandato. . . . . 555.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0004-5

T. 1

SOLO FAVENTE DEO.

SIGISMUNDUS Finckelthaus/

U. J. D. Profeſſor publicus
& Collegii Juridici Lipſienſis
Ordinarius.

Juris prudentiæ Cultoribus

Salutem atq; felicitatem Decumanam
Amicè precatur.

Anno ſalutis reparatæ, M. DC. XXXVIII.

LIPSIÆ.
Typis GREGORI RITZSCHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0007-2
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0008-7

IURIS CANONICI ſanctiones non minùs noſtratibus THEOLOGIS, HISTORICIS, & POLITICIS perutiles, qvàm JURECONSULTIS neceſſarias eſſe, omnes, qvi ſanioris ſunt judicii, facilè affirmabunt.

THEOLOGUS namq; Lutheranus ex ipſius *juris Canonici antiqvioribus qvibusdam Canonibus* in multis Religionis Chriſtianæ articulis Pontificiorum errores poſt SS. Scripturæ oracula facilè redarguere poteſt. Utpote in qvibus *probari* videas: Communionem ſub Utrâq;: [a] Clericorum conjugium; [b] Laicorum lectionem in S. Bibliis; [c] *Reprobari* contrà: Bona opera vitæ æternæ meritoria: [d] Traditiones humanas; [e] Invocationem Sanctorũ: [f] Imaginum, Statuarum, & Picturarum adorationem: [g] Primatum Pontificis: [h] Primatum Petri: [i] Delectum ciborum: *Manifeſtari & declarari* inſuper veram originem Miſſæ: [l] verum jejunium: [m] Et ſexcenta alia. [n]

Neq; verò hæc tantummodò THEOLOGO, ſed & plura alia Religionem non concernentia occurrunt in jure Canonico, qvæ ipſum uberiùs informare poſſunt: Ceu ſunt *Jura* Decimarum, Patronatûs, Matrimonii, Uſurarum, Præbendarum, Beneficiorum Eccleſiaſticorum, &c. Ut proinde Jus Canonicum omnibus Theologiæ abdictis jure meritò debeat eſſe qvàm commendatiſſimum. Hinc etiam *B. Lutherus*, qvamvis Anno 1520. Menſe Decembri Corpus juris Canonici Wittebergæ in rogum ad id peculiariter inſtructum conjecerit, poſtea tamen, zelo priori paululùm tepefacto, anno nimjrum 1530 lectionem juris Canonici, etiam Proteſtantibus Theologis commendaſſe videtur: Ex hac potiſſimùm, ut animadverto, ratione, qvod Pontificiorum doctrina & vita non tantùm ſacris literis, ſed & ipſis De-

a) can. 7. & 12. de conſecra. diſt. 2.
b) can. 3. diſt. 23 can. 3. diſt. 26 can. 4. diſt. 30. can. 12. & 13. diſt. 31. can. 30. diſt. 81.
c) can. 4. diſt. 69. can 13 & 31. cau 2. q. 7.
d) can. 48. de pœnitent. diſt. 3. c. 11. ex. de celebratio: miſſar:
e) can. 16. diſt. 30. can. 6. cau. 25. q. 1. can. 3. diſt. 36.
f) can. 29. cau 13. q. 2.
g) can. 27. de conſecrat. diſt. 3.
h) can. 12. §. qvicunq;. diſt. 40. can. 3. diſt. 99.
i) can. 37. cau. 2 q. 7. can. 1. diſt. 22. ibi. Petra fidei.
k) can. 2. diſt. 23 can. 4. diſt. 41.
l) can. 47. de conſecrat. diſt. 1.
m) can. 23. & 25. de conſecrat. diſt. 5.
n) Vide Stephan. Szegedin. in Speculo Pontific. Romanor. cap. 4. memb. 2. à pag. 25.

Tom. 5. Jenens. germ. mihi. f. 257. 258.

cretis Pontificum adverſetur, adeò ut ipſum Canonicum jus multis in locis ipſosmet Pontificios refellat, proprioq; gladio toti orbi Chriſtiano jugulandos præbeat. Ex qvâ ratione certè dolendum eſt, Qvod noſtri Theologiæ-Studioſi in Academiis ad jus Canonicum minùs aſſveſiant, uti non adeò injuſtè de hoc ipso celebris qvidam Theologus alibi conqveritur.

HISTORICOS & POLITICOS qvod attinet, ſæpè illi adulatores Pontificios ex *antiqvioribus Juris Canonici Decretis* itidem aperti mendacii convincere poſſunt. A plerisq; illorum *Papa* ſalutatur *Rex Regum* & *Imperator Imperatorum*. Verùm non ita ſenſit *Leo IV. Papa*, qvi ſe *Ludovico XI. Imperatori* humilimé ſubjecit, ejus clementiam imploravit, & emendationem promiſit.(n) Nec non eidem Imperatori rationem reddidit, cur arma pro defendendâ Româ ſuſceperit. (o) Qvin idem qvoq; *Leo IV.* Imperatoris *Lotharii* Saxonis, & reliqvorum Imperatorũ præcepta modis omnibus ſe ſervaturum conceptis votis apertè pollicetur. (p) Nec ita qvoq; ſenſerunt *Gregorius & Pelagius Pontifices*, qvi univerſalem Papæ titulum recuſarunt. (q) Et qvamvis non erubeſcant *Canoniſtæ*, Imperatorem Pontificis Vaſallum proclamare, & ab eo juramentum fidelitatis exigere, (r) ut & Ottonem illud exolviſſe, ajunt, Johanni XII. Papæ: Repugnant tamen *antiqviores Canones*, ex qvibus conſtat, Papam potius Imperatori olim jurare ſolitum fuiſſe, Creandi ſiqvidem Pontificis poteſtas erat priscâ ætate penes Imperatores, (s) ſicut hodiè penes Electores Imperii. Et cum hisce Canonibus convenit illud heroicum reſponſum *Heinrici VII. Imperatoris*, qvi noluit juramentum fidelitatis Papæ præſtare, prætexendo, qvod ſit res novi exempli & ſuperiori ætate non freqventata, qvodq; ſit abſurdum ac Imperatoriâ majeſtate indignum, Principem Principum orbisq; terrarum dominum

n) can. 41. cau. 2 q. 7.

o) can. 7 cau 23. q 8.

p) can. 9. diſt. 10.

q) can. 4. & 5. diſt. 99.

r) Clem. unic. de jurejuran. can. Tibi domino. 33. diſt. 63.

s) can. 9. can. 22. cau. 23. diſt. 63.

Schleidan. l. 2. Comm. cir. fin. verſ: Cum n.

minum ſervo ſervorum ſacramento obſtrictum eſſe. Taceo alia multa, qvæ Canoniſtæ, licet ſuis tantummodò teſtimoniis, proferunt: De *Translatione* Imperii à Græcis ad Germanos in perſonam Magnifici Caroli, interventu Papæ, obtentâ: (t) De fabuloſâ Conſtantini Magni *donatione*, Sylveſtro I factâ: (u) De *jure* coronandi, removendi item & deponendi Imperatorem ab imperio, ſoli pontifici competente: De *jure* convocandorum conciliorum, &c. Qvæ omnia partim ex ipſis Canonibus, partim Pontificum vitâ & rebus geſtis ſatis ſuperq́; poſſunt removeri.

Heinric. Aventin. t. 597. n. 40.

t) cap. 34. De Electio. & elec. poteſt. Clem. un. de Jurejuran.

u) can. Conſtantinus. 14. diſt. 69. can. 30. d. 36. cap. 17. de Electio. & elec. potes. in. 6. can. 17 cau. 12. q 1.

JURECONSULTUM deniq; jura Canonica inprimis noſſe debere extra controverſiam eſt, ut & nomen & titulus Doctorum Juris utriusq; ſatis ſunt argumento. Nec eum qvidem leviter ſed probè in Jure Canonico verſatum eſſe decet. Qvi namq; in lectione juris Canonici rari ſunt, & breviſſimi temporis ſpatio illi incumbunt, tanqvã canes de Nilo bibentes, malè ſtudiis ſuis conſulunt, ut ait *Lancellottus*: Atq; hanc ob cauſam Interpretes Itali paſſim Juriſperitum, Canonum ſcientiâ metiuntur eâq; non bene inſtructum inter rudes & imperitos numerant, *purum legiſtam, purum aſinum proclamantes*. Nec id qvidem tam prorſus abſurdè: Nam profectò ſine juris Canonici adjumento, nemo feliciter *in praxi* verſabitur: Siqvidem in *Juramentis*, (x) in cauſis *matrimonialibus*, (y) in materiâ *præſcriptionis*, (z) *Uſurarum*, (aa) In *proceſſu*, &c. non juris Civilis ſed Canonici deciſioni ſtamus. Qvorum omnium Ratio eadem & qvidem hæc eſt: Qvia videlicet in hisce articulis juris omnibus, jus Canonicum ad Juris Divini regulas, ad evitandum peccatum, ad æqvitatem &c. propius accedit qvàm noſtrum Civile.

x) Tuſchus pract. conclus: lit. J. concluſ. 579. n. 11.

y) Roſsbach de compar. jur: civil. & canon. in prooem. n. 15.

z) VVeſenbec. conſil 5. n. 22. Schneidew. ad tit. J. de uſucap. n. 17.

aa) Kling ad cap. clerici. 8. n. 5. ex. de Judiciis.

Cæterùm inter alia, qvæ ex jure Canonico tàm in *Theorico* qvàm *Practico* ſtudio qvotidiè ſunt obſervanda, egregi9

 labor

labor & nunqvā ſatis commendatus eſt: *Differentias utriusq; Juris, Civilis puta & Canonici* accuratè eruere atq; elimare poſſe. Qvarum tamen non una eademq; eſt ratio: Etenim *qvædam* in *ipso Jure Canonico* extant, verbis qvidem conceptæ expresſis, ſed rem qvandoq; minus feliciter expedientes. Non rarò namq; Papa in æmulationem & ambitioſam correctionem Imperatoris Juſtiniani multa reformare auſus eſt; ipse tamen reformatione dignior. Puta: *Jure civili*, (bb) Viduam intra annum luctus nubentem fieri infamem & *Canones antiqvi*, (cc) amplectuntur: Sed abrogarunt hoc *recentiores Papæ* Urbanus III. & Innocentius III. (dd) Magnâ ſanè *audaciâ* contra *rationem* elegantem, propter nefandam videlicet ſangvinis turbationem & odioſam prolis incertitudinem: (ee) imò & magnâ juris divini *inſcitiâ*: Nō enim Apoſtoli (ff) locum Pontifices rectè intellexiſſe in aperto eſt: ut ſuo loco plenius dicetur. *Qvædam differentiæ ab Interpretibus* ita nominantur & proponuntur, qvas tamen neq; ullo firmo textu, neq; ullâ certâ ratione ſtabilire poſſunt. Exempli gratiâ: *Jure civili* qvis alterum pro defenſione bonorum regulariter occidere neqvit: *Exceptio* eſt, niſi periculum vitæ ſimul immineat. At *jure Canonico* non licere, ajunt, *Clerico* alium pro defenſione rerum ſuarum interficere. Ita Rittershuſius (gg) poſt Farinacium & alios. Qvæ tamen exceptio in Clericis vix eſt ut ſubſiſtat. Sic *jure civili* ex pacto nudo actio non naſcitur (hh) *Jure* tamen *Canonico* indiſtinctè actionem naſci ſtatuunt Rosbachius & alii complures. (ii) Qvæ ſententia *Conſvetudine* qvidem invaluit, (kk) ſed ex *natura* pactorum, & ex *Canone* certo non comprobatur. Alias innummeras *differentias non differentias* omitto. Ut verò indagatio hæc eſt elegantisſima, fructus nobiliſſimus: Ita judiciū ad eam rem reqviritur accuratum. Ut rectè hîc dixerim: Hoc opus hic labor eſt. Intellixiſtis hanc inſignem utilita-

bb) l. 11. §. 1. ff. de his qvi notan. infam.
cc) can. 2. in fi cau. 3. q. 3
dd) cap. ſuper. 4. & c. fi. ex. de ſecun. nupt.
ee) d. l. 11. §. 1. l. 53. §. 3. C. de Epiſc. & cler. l. 15. C. ex qvib. cauſ. in. fam. irrog.
ff) Pauli in Epiſt. 1. ad Corinth. 7. in fine.
gg) Different. Jur. civil. & can l. 6. c. 6. in fin. p. 460. & l. 7. c 13.
hh) l. 7. §. 4. ff. de pactis. l. 10. C. eod.
ii) Rosbach. l. 2 de comparat. Jur. civ. & canon. t. 9. n. 16. ſeqq.
kk) VVeſenbec. par. ff. de pact n 6. Bocer. ad l. Contractus. de R. l. n. 8. pag. 55.

litatem, vos ipſi, Juris prudentiæ cultores lectisſimi, auditores ſvavisſimi, dum ſupperiori anno per Schedulam mihi oblatam ſummis precibus animoq́; diſcendi cupido unanimiter, ſingulis nominibus veſtris ſubſcriptis, avidè à me contendiſtis, ut ſepoſitis reliqvis Tituli ex. de Judic. aliqvantisper ſterilibus & ab uſu remotis capitulis, DIFFERENTIAS „ JURIS CIVILIS & CANONICI ſtudioſè erutas, certâ methodo „ incluſas, foroq́; noſtro accommodatas promtâ plenâq; ma- „ nu vobis impertire ne gravarer. Sanè ego hanc veſtram ha- „ ctenus in auscultando diligentiam & ulteriorem diſcendi aviditatem ſatis ſuperq; commendare neqveo! S S. Trinitas in hac Temporum injuriâ & literatorum ferè penuriâ, qvam poſteri noſtri, niſi Martis furor, qvod Bono cum Deo fiat, reprimatur, majore cum damno experiêtur, vos in veſtro propoſito laudabili confirmet, & bono publico reſervet. At verò veſtra hæc fuit petitio! Qvid autẽ mei erat officii? Statim eqvidem voto veſtro lubentisſimè annuiſſem! Verùm cùm rem novam & ab Electoralibus ordinationibus non nihil recedentem à me poſtulari viderem: *Sereniſſimo Electori Saxoniæ &c.* Domino meo clementisſimo petitum hoc veſtrum ſubjectisſimè, & absq; ullâ morâ duxi ſignificandum, veſtrũ inſuper in continuando juris ſtudio ardorem debitis modis commendans. Annuit *Sereniſſima Celſitudo* & peculiari *Reſcripto* munus hoc, petito veſtro conforme, mihi clementisſimè injunxit: Cæteris omnibus in *aliorum Profeſſorum* ſtatione permanentibus, à qvâ nemo cauſam habet diſcedendi. Vos ita veſtrum impetraſtis deſiderium: Mihi reſtat meum expediendum officium. Qvare *Differentias Juris civilis & canonici* in poſterum vobis declarandas, *Solo Famente Deo*, in me nunc recipio. *Non* tamen *omnes*, Hic namq́; labor immenſus foret & infinitus: *Nec eas*, qvæ nullo adjumento opus habent, qvæq́; potisſimùm à duobus recentisſimis

mis hujus argumenti Scriptoribus, Roſbachio & Rittershuſio jam lucem acceperunt: Sed *inprimis eas*, de qvibus inter ipſos prædictos recentiores duos Interpretes eſt controverſia, & vel pleniorem *confirmationem*, vel novam *refutationem*, merentur: Nonnunqvam enim Roſbachius à Rittershuſio, qvandoq; hic ab illo aliam fovet opinionem: Non rarò in utroq; qvædam occurrunt monenda, ut & aliæ qvæſtiones ſupplendæ, ut in progreſſu σὺν θεῷ liqvidiùs conſtabit. Agite igitur, *differentias* & controverſias *potiores*, elaboratione *digniores*, nec non *difficiliores* uſuq; *freqventiores* percipite: Et *ad ſeriem Titulorum in Digeſtis* collocatas, (Ne & Ego absq; methodo procedam, & veſtræ in controverſiis facilius reqvirendis memoriæ conſulatur) excipite.

Deus verò O. M. agrum hunc Differentiarum, gratiæ ſuæ imbre irriget, ut & ego, & vos uberrimam meſſem metere atq; colligere poſſimus. At pauliſper, Auditores futuri, ab initio hîc ſiſtite. Illuſtranda namq́; eſt in veſtram gratiam, per Generalia qvædam capita, Juris Canonici cognitio: Pleniusq́; declarandi ſunt antiqviores illi canones, qvorum ſupra mentionem feci, qvosq; non tantum Theologis ſed & Hiſtoricis atq; Politicis in aliqvot controverſis qvæſtionibus inſervire poſſe commemoravi: Ut & certæ Regulæ annotandæ veninnt, qvò expeditior in Differentiis noſtris curſus ſit futurus. Initium autem faciam harum prælectionum publicarum ad diem LUNÆ craſtinum in auditorio Collegii Paulini, horâ pomeridianâ 2. Valete feliciſſimè. Propoſ. die *14 Januar.* anno *1638*.

F I N I S.

153989

ULB Halle 3
003 260 577

R VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0015-6

Si quis ... phila cterijs phi lacterie di cuntur car te in quibꝰ continen tur incan tacões. Si diui nacões in domos suas. ſm legem isti concremãt̃. ſed ille in cunis do mo hec fi unt post publica cõnem bo noꝝ in ex ilium mit titur. ut. C. de malefi. nullus. ac. Non licet. at. ꝑpter ſegetes. nunquid ergo hic reprehendi tur astro nomia nũ...

rus ignarus ideo tñ bñdus ẽ diuinus. Quid aũt mirũ ſi queadmodũ ille corpiſ humani vel pturbata uel mortificata temperie ſeu bonas ſeu malas futuras puidet ualitudines. ſic demões in aeris affectõe ſibi notas nobis ignotas puidẽt futuraſ tẽpestates. Aliqñ hoim etiã diſpoſicões nõ ſolũ voce platas veruz etiã cogitacõe conceptas. cũ ſigna q̃dam ex aĩo expmũtur in corpore tota facilitate pdiſcũt. atq hinc etiã multa futura denũciant. aliis videlicz mira q̃ iſta diſpoſita nõ nouerunt. Fallunt etiã ſtudio fallẽdi immũda volũtate q̃ hoim errore letãtur. Sz ne apud cultores ſuos pondus auctoritatis amittant. id agũt vt interptibꝰ ſuis ſignoꝝ q̃ ſuoꝝ coniectoribꝰ culpa tribuat̃ qñ ipſi mali decepti fuerint vel mẽtiti. Nõnunq̃ vero ipſi maligni ſpũs et illuſores hoim atq inuaſores ſalutis coꝝ ſolẽt pdicere defectũ culture ſue et ydoloꝝ ruinam quatinus pſciẽ videãtur q̃d in ſinglis regnis a locis venturuz et q̃d aduerſi ſue factõm contingere poſſit. q̃d etiã illi q̃ gẽtiliũ hiſtorias legũt nõ ignorãt. Quid ergo mirũ ſi iam imminẽte tẽploꝝ et ſimulacrorum euerſiõe quã ... dei ſũmi tãto an...

illa placere facit. Unde ... et nouiſſima annũciate in ... eſtis. Cultores vero ydolo... mũione ſepandi ſũt. Sũt a... ad corinthios. ſi q̃s frat̃ fo... rus aut ydolis ſuiẽs cũ ei... bũ ſumere. ¶ Hinc ẽc in d... rij iunioris legit̃. [illegible]

[illegible] aruſpices vel in...

Si quis ariolos aruſp... res obſeruauerit a ph... vſus fuerit anathema ſit. ... ritano concilio. ca. xxxiiij. ...

[illegible] diuinaciõe...

Qui diuinacões expe... um ſubſecũtur. uel in domo ... di hoies introducunt exq̃r... magica a expiãdi cã ſub re... iaceãt ſcdm gradus penitũ...

¶ Itẽ ex concili. martini ppe.

[illegible]

Non liceat re nõ lic...

xpianis tenẽ tradicõ... uare uel colere elemẽta a... curſus. a manẽ ſignoꝝ fa... faciẽda. uel ꝑpter ſegetes ... cãdas ...

SOLO FAVENTE DEO.

SIGISMUNDUS Finckelthaus/

U. J. D. Profeſſor publicus

& Collegii Juridici Lipſienſis

Ordinarius.

Juris prudentiæ Cultoribus

Salutem atq; felicitatem Decumanam

Amicè precatur.

Anno ſalutis reparatæ, M. DC. XXXVIII.

LIPSIÆ.

Typis GREGORI RITZSCHI.

T.
1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0017-7